PRIMA PARS,
HUJUS SECUNDI TOMI.
DE FORMA PROCEDENDI VIA ORDINARIA in prima inſtantia circa cauſas civiliter intentandas in Foro Eccleſiaſtico.

EX CAPITE PRIMO SUMMARIA.

1 *Judicium ordinarium dividitur in duodecim tempora circa cauſas Eccleſiaſticas.*

2 *Actor forum rei ſequi debet, niſi ſit conſuetudo in contrarium, ut eſt Salmanticæ in Epiſcopali Audientia.*

3 *Scholaſtici ex privilegio poſſunt convenire laicos coram ſuo Judice Scholaſtico Salmanticenſi.*

4 *Actor poteſt eligere Judicem quem voluerit, ſi reus plures habeat Judices Ordinarios.*

CAPUT PRIMUM.

DE DIVISIONE HUJUS PRIMÆ PARTIS.

1. HOC Judicium ordinarium etiam dividendum erit in duodecim Tempora, ſicuti diximus in 1. Part. 1. Tom. in diviſione ejuſdem primæ partis: & quod ibi diximus in 1. Tempore de *Judice eligendo*, etiam in præſenti erit repetendum.

Et ita actor prius conſiderabit, coram quo Judice reum convenire debeat, animadvertens, quod in prima inſtantia reus conveniendus eſt apud proprium Judicem Ordinarium, ut reſolvimus. (*a*) Et Judex Ordinarius debet eſſe illius, qui conveniendus erit, cùm actor ſequi debeat forum rei, (*b*) niſi *ex* aliqua *conſuetudine* actor poſſit trahere reum ad ſuum proprium forum, ut in Audientia Epiſcopali Salmantina, ubi viget conſuetudo, quod Clerici convenire poſſint laicos coram ſuo Judice Eccleſiaſtico: vel niſi hoc jus actori competat *ex* aliquo *privilegio*, ut in Audientia Scholaſtica Salmantina, ubi Scholaſtici ex privilegio poſſunt trahere laicos ad ſuum Judicem Scholaſticum. 3. Conſiderabit etiam actor, an reus conveniendus plures Judices Ordinarios habeat, quos habere poteſt, ut ſuprà diximus; (*c*) 4. tunc enim actor poterit ex eis Judicem eligere, quem maluerit, ut in dicto ultimo Præludio adnotavimus.

Obſervandum etiam erit in hac prima Parte, quod dictum fuit in 2. Tempore 1. Part. 1. Tom. circa præparatoria ante citationem: ad quæ actor attendere debebit, ac ideò de citatione dicendum erit.

EX CAPITE SECUNDO.

SUMMARIA.

1 *Citatio eſt fundamentum, & principium ordinis judicarii, & ab ea inſtitutio proceſſus exordium capit.*

2 *Citationis materia à quibus præcipuè Doctoribus tractetur, remiſſivè.*

3 *Citatio quandoque fit per edictum, & quando, & qualiter fiat, remiſſivè, & num. ſequent.*

4 *Citatio fit per edictum in electionibus Præbendarum, & quando Parochialis Eccleſia vacat, ut compareant examinandi, qui eam prætendunt.*

5 *Forma quæ obſervatur, cum Eccleſia juriſpatronatus vacat, ut præſentatus inſtitui poſſit.*

6 *Citatio per edictum fit, cum eſt incertus contradictor.*

7 *Citatio fit per edictum cum Beneficiarius Curatus abeſt, & non reſidet in beneficio.*

8 *Citatio fit per edictum ab Auditoribus Contradictarum in Curia Romana ad ſingulos actus proceſſus, poſtquam reus eſt citatus perſonaliter à principio ad totam cauſam.*

9 *Citatio per edictum fit in pluribus caſibus, remiſſivè.*

10 *Citatio per edictum non ſufficit, ſi ſit certus contradictor, ſed debet perſonaliter citari, ſi inveniri poſſit, aliàs proceſſus erit nullus ipſo jure.*

11 *Citatio ut per edictum fiat, quæ requirantur.*

Ci-

(*a*) In ultim. Prælud. hujus 2. Tom.
(*b*) Ut in leg. *Juris ordinem*, Cod. de *Juriſdict. omn. jud.* & in cap. *Cum ſit generale*, de *For. comp.*
(*c*) In ult. Prælud. hujus 2. Tom.

12 *Citatio aliquando fit per proclama, ut cum matrimonium eſt contrahendum, quia prius in Eccleſia publicantur contrahentes, ad hoc ut, ſi adſit impedimentum, ſciatur.*

13 *Citatio aliquando fit viva voce Judicis citantis partes ad aliquem actum.*

14 *Citatio aliquando fit per Tabellionem, ut quando notificat de mandato Judicis libellum parti adverſæ.*

15 *Citatio, quæ fit per Nuntium, Apparitorem, vel Curſorem, magis in Foro Eccleſiaſtico frequenter verſatur.*

16 *Nuntio citanti non creditur, ſine commiſſione, & mandato Judicis in ſcriptis.*

17 *Citatio fit in ſcriptis in Foro Canonico, præcipuè propter excommunicationem ferendam, ſi citatus contumax fuerit, quæ debet ferri in ſcriptis.*

18 *Monitio trina, vel una pro tribus præcedere debet excommunicationem, quamvis ſine monitione lata excommunicatio valida ſit.*

19 *Citatio pro excommunicatione non debet fieri peremptoriè, niſi neceſſitas expoſcat, & quæ dicatur citatio peremptoria, remiſſivè.*

20 *Nuntio aſſerenti, aliquem citaſſe, fides adhibetur, non tamen aſſerenti, ſibi factam fuiſſe commiſſionem à Judice ad citandum.*

21 *Citatio, quæ eſt facienda extra Civitatem, intra Diœceſim tamen, datur ipſi parti, quæ facit parti adverſæ intimari eam.*

22 *Non creditur parti aſſerenti, adverſarium citaſſe, niſi per teſtes probetur.*

23 *Notificatio citationis, quando fit ab ipſa parte, debet poni à tergo mandati citationis cum menſe, die, & anno, & teſtibus.*

24 *Praxis quæ obſervatur, cum aliquis citatur extra Diœceſim, vel intra, ubi poſitus eſt Vicarius Foraneus ab Epiſcopo ejuſdem Diœceſis.*

CAPUT SECUNDUM.

DE CITATIONE.

1. CUM citatio ſit fundamentum, & principium ordinis judiciarii, (*a*) & ab ea omnis inſtitutio proceſſuum exordium capiat, (*b*) ideò acturi de inſtitutione proceſſus ordinarii, ab ipſa citatione erit inchoandum. Circa cujus materiam videnda erunt, quæ ibi reſolvimus in 3. Tempore. (*c*) Sed quoad noſtrum attinet inſtitutum, ſolummodo videndum erit, quibus modis citatio in Foro Eccleſiaſtico fiat.

3. Qua in re dicendum eſt, quòd primus modus citandi, qui *in praxi Eccleſiaſtica* obſervetur, eſt citatio *per edictum*, quæ fit, quando reus inveniri non poteſt, ut perſonaliter citetur: tunc enim per edictum citandus erit, affigendo illud publicè in ſua Eccleſia; (*d*) vel quando ille, qui citandus eſt, procurat per ſe, vel per alium, ne citatio ad eum pervenire poſſit, vel cujus domicilium, ſive locus tutè, libere ve adiri non poteſt. (*e*)

4. Inſuper fit citatio *per edictum* in electionibus præbendarum; (*f*) vel quando aliqua Eccleſia Parochialis vacat: tunc enim per edictum publicum affigendum in valvis Eccleſiæ Cathedralis citantur omnes, qui volent examinari ad regendam prædictam Eccleſiam vacantem, ut compareant intra terminum in edicto præfixum, juxta formam traditam in Concilio Tridentino. (*g*) Et idem obſervatur, quando aliqua Eccleſia juris patronatus vacat: nam ſi aliquis præſentatus à Patrono comparet coram Ordinario petens, ſe inſtitui, ſtatim Judex præcipit, quòd per edictum citentur omnes illi, quorum intereſt: quod edictum affigitur in valvis ipſius Eccleſiæ vacantis.

5. Et tranſacto tempore edicti, ille, cujus intereſt, comparet coram Judice incuſans aliis contumaciam, & petendo inſtitutionem: & ſi alii compareant inſtituitur proceſſus ordinarius. 6. Et generaliter citatio per edictum fit, quando eſt incertus contradictor, quia tunc per edicta citantur omnes, quorum intereſt. (*h*)

7. Præterea citatio per edictum fit, quando Beneficiarius Curatus abeſt, nec reſidet in beneficio. (*i*) Rurſus dicta citatio fit ab Audi-

to-

(*a*) Secundum Speculatorem in tit. de Citat. in princ.
(*b*) Juxta text. in §.fin. Inſtit. de *Pœna temerè litig.* & nos latè diximus in 3. Temp. 1. Part. 1. Tom.
(*c*) Et quæ latè tradit Soc. in Tract. de Citat. per totum, & Rob. Marant. de Ordine judic. in 6. part. memb. 1. de Citat. & Rebuf. in Tract. de Citationib. in Præfatione, & per totum Tractatum. Didac. Covar. in Pract. Quæſtion. cap. 3. n. 6. Felin. in ſuo Repert. verb. *Citatio.* Didac. Perez in leg. 1. tit. 2. lib. 3. Ordin. col. 813. Joan. Aſin. in ſua Praxi, §. 5. de Citationib. cum ſeqq. Damhoud. in ſua Praxi, cap. 54.
(*d*) Ut in ſpecie text. in cap. *Cauſam quæ*, & ibi gloſ. verb. *Ad Domum*, & in cap. *Venerabilis*, & ibi gloſ. verb. *Eccleſiam*, de *Dol. & contum.*
(*e*) Ut probat in Clem. 1. de *Judic.* ubi temperatur rigor cujuſdam Conſtitutionis Bonifacii VIII. quem text. & qualiter citatio per edictum in Curia, & in partibus fieri debeat, explicat Caſadorus in deciſ. 1. n. 2. in deciſ. 2. n. 2. & in deciſ. 3. cum tribus ſeqq. de *Dol. & contum.*
(*f*) Juxta text. in cap. fin. §. fin. & ibi gloſ. de *Elect.* in 6.
(*g*) Seſſ. 24. de Reform. cap. 18.
(*h*) Ut in leg. *Si eo tempore*, Cod. de *Remiſ. pignor.* & in leg. *Sed ſi pupillus*, §. *De quo*, verſ. *Præſcribere*, ff. de *Inſtit. action.* & tradit Felin. in cap. *Quoniam frequenter*, §. *Porrò, ut lite non conteſtat.*
(*i*) Ut in cap. *Ex tua*, de *Cleric. non reſid.* & ibi DD. & in Conc. Trid. Seſſ. 23. de Reform. cap. 1. in fin.

toribus Contradictarum in Curia Romana ad ſingulos actus proceſſus, poſtquam reus citatus eſt perſonaliter à principio ad totam cauſam, ut ſentit Gloſſa: (*j*) 9. & prædicta citatio per edictum fit in pluribus aliis caſibus congeſtis à Socino, (*k*) & à Maranta. (*l*)

10. Circa quem modum citandi per edictum adverte, quòd, quoties eſt certus contradictor, & commodè inveniri poſsit, citari debet *perſonaliter* & *ſpecialiter*, nec ſufficit citatio per edictum, alias proceſſus eſſet nullus *ipſo jure*: (*m*) & jam ego *in praxi* ob prædictum defectum retractavi quandam ſententiam graviſsimorum Judicum.

11. Adverte inſuper, quòd, ad hoc ut legitimè citatio per edictum fiat, requiritur *primo*, quòd præcedat ſummaria informatio, quod ille reus latitat, & eſt abſens, nec habet domum, nec dimiſit procuratorem, vel informatio alterius caſus, in quo citatio per edictum habet locum, alias eſſet nulla, ſecundum Bartolum. (*n*) Apud multos enim Judices ſufficit relatio Nuntii aſſerentis prædictos caſus, ſecundum Rebuffum. (*o*) *Secundo* requiritur, quòd prius illud edictum publicè legatur tempore, quo in Eccleſiis ſtat multitudo populi congregati, ſecundum Caſadorum; (*p*) & poſtquam fuerit publicè lectum, affigi debet in valvis Eccleſiæ Cathedralis, vel ubi eſt conſuetudo affigendi, & in januis illius Eccleſiæ vacantis, aut ubi eſt beneficium Clerici abſentis: debetque per aliquas horas remanere edictum affixum in prædictis locis, ſecundum Millium; (*q*) ſufficit tamen, quòd Nuntius, vel Notarius referat, edictum eſſe affixum in prædictis locis, quamvis non declarent per quantum tempus, ſecundum Bartolum. (*r*) Requiritur *tertio*, quod affigatur edictum originale, nec ſufficit copia ejus. (*ſ*)

12. Alius modus citandi verſatur *in praxi*, ſcilicet *per proclama*, & unus caſus eſt, quando aliquod matrimonium eſt contrahendum: nam tunc publicè citari debent Eccleſia omnes, qui cognoverint aliquod impedimentum ſubeſſe; (*t*) & quando aliquis eſt promovendus ad majores Ordines, tunc publicè in Eccleſia in diebus feſtivis proclama fit à Parocho, ut quicunque ſciverit aliquod impedimentum, detegat, quod procedit ex Concilio Tridentino: (*u*) & alios plures caſus congerit Maranta. (*x*)

13. Alius modus citandi verſatur *in praxi*, ſcilicet, *per vivam vocem* ab ipſomet Judice, quando ore proprio Judex citat partes in judicio, vel in quocumque alio mandato interlocutorio. (*y*)

14. Alius modus citandi *in praxi* verſatur, ſcilicet, *per Tabellionem*, vel *Notarium*, quando notificat libellum parti adverſæ de mandato Judicis: (*z*) & fit per tres denuntiationes: & iſta praxis oritur à cap. G. *Perpetuus*, de *Fide inſtrument*. & ibi DD.

15. Alius modus citandi, qui magis frequentatur in Foro Eccleſiaſtico eſt, ſcilicet *per Nuntium*, *Apparitorem*, ſive *Curſorem*; (*a*) 16. cui Nuntio non creditur ſine commiſsione & mandato Judicis in ſcriptis, (*b*) 17. atque ideo in Foro Canonico citatio fit *in ſcriptis* præ-

(*j*) In dict. Clem. 1. de *Judic.* verb. *Litterarum*, & firmat Specul. in tit. de Citation. §. Viſo. Caſtro in leg. *Ad peremptorium*, ff. de *Jud.* & tradit Octav. Veſtrius de Introduct. in Romanæ Aulæ actionem, lib. 4. cap. 2. n. 3. & cap. 3. n. 4. & cap. 4. n. 1. & Sebaſt. Vant. de Nullitatib. cap. 12.

(*k*) Tract. de Citat. art. 23. & à Felin. in cap. *Quoniam frequenter*, §. *Porrò*, *ut lite non conteſt.*

(*l*) De Ordine judic. 6. part. memb. 1. n. 83.

(*m*) Juxta text. in cap. fin. verſ. fin. de *Elect.* in 6. quem ad hoc ultra DD. ibi notat Panorm. in cap. fin. de *Vita, & honeſt. Cleric.* & Lambertinus de Jure Patronat. 2. part. lib. 2. quæſt. 6. art. 10. Felin. in cap. *Cognoſcentes*, col. 7. de *Conſtit.* & in ſuo Repertor. verb. Citatio per edicta non valet, & Valle in conſ. 18. n. 16.

(*n*) In dict. Extravag. verb. *Per edictum*, & Socin. in Tract. de Citation. art. 23. n. 5. Dec. in conſ. 460. n. 26. Vanc. de Nullit. n. 127.

(*o*) In 3. Tom. Conſtit. Regalium, in Tract. de Citation. n. 96. & in Concordata Rub. de Conſtit. verb. Per edictum, in fin.

(*p*) In deciſ. 1. de Appell. & notat gloſſ. verb. *Solemniter*, in Clem. *Cauſa*, de *Elect.* Octav. Veſtrius, ubi ſupr. lib. 4. cap. 3. n. 5.

(*q*) Verb. *Citatio*, *quando committatur*, & Rotam in Novis deciſ. 213. & Vancium de Nullitat. ſententiæ ex defectu citationis, n. 133. & Anton. Gravac. in Annotat. ad Octav. Veſtrium, ubi ſupr. lib. 4. cap. 2. n. 9.

(*r*) In dict. Extravag. verb. *Publicæ*, & Marant. ubi ſupr. n. 96.

(*ſ*) Juxta text. in Clem. 2. de *Jud.* & Rotam in Novis de Dilationib. deciſ. 223. Caſiador. deciſ. 4. de Dol. & contumac. & Papam in Additam. ad Deciſ. Rotæ 5. de Reſcriptis, & in deciſ. 22. eod. tit. & latè Tiraquel. de Utroque retract. tit. 1. §. 9. gloſ. 2. n. 8. & gloſ. 1. col. 3. & 4.

(*t*) Juxta text. in cap. *Cum inhibitio*, de *Clandeſt. deſponſ.* & in cap. *Cum tua*, *qui matrim. accuſ. poſſ.* & in Conc. Trid. Seſſ. 24. de Reform. matrimon. cap. 1.

(*u*) Seſſ. 23. de Reform. cap. 5.

(*x*) In dict. 6. part. memb. 1. à n. 97.

(*y*) Juxta text. in leg. 2. Cod. *Quomod. & quand. Judex*, & notat Mateſilanus, ſingul. 131. & Corſet. in ſingul. citatio 2.

(*z*) Argum. text. in cap. *Circumceliones* 23. quæſt. 5.

(*a*) Juxta text. in cap. *Prudentiam*, pri. reſp. de *Offic. Deleg.* & in cap. *Quoniam contra falſam*, de *Probat.* & in cap. *Cum parati*, de *Appell.*

(*b*) Ut in prædictis juribus probatur, & in leg. *Sed ſi hac*, §. *Prætor ait*, ff. de *In jus voc.* & in leg. *Cum Clericis*, & ibi Bald. Cod. de *Epiſcop. & Cleric.*

præterea fit *in ſcriptis* propter excommunicationem ferendam, ſi citatus contumax fuerit, nec comparere voluerit: 18. nam cum ſententia excommunicationis debeat proferri *in ſcriptis*, (*c*) oportet, quòd præcedat trina monitio, vel una pro tribus, cum intervallo dierum, & quod de eis conſtet, ut citatus contumax reputetur; (*d*) atque ideo in mandato citationis ſemper apponitur clauſula illa, *præmiſſa Canonica monitione*, *cum termino ſex dierum*, *de duobus in duobus pro quolibet termino*, niſi celeritas negotii, vel diſtantia loci majorem, vel breviorem dilationem requirat: nam tunc Judex arbitrabitur. (*e*)

Bene verum eſt, quòd ſi excommunicatio proferatur, nulla præcedente monitione, erit valida, juxta text. & ibi gloſſ. verb. *Injuſtam* in cap. *R.* de *Sentent. excomm.* in 6. (*f*) & probatur in cap. 1. de *Jud.* nec refert, textum illum intelligere in contumace notorio, in quem excommunicationem ferri poſſe ſine monitione, firmat Panormitanus: (*g*) nam ultra id, quod hunc intellectum optime improbat Alciatus ibi, ex eo tamen retento prædicta opinio communis probatur, cum contumacia nihil aliud ſit, quam peccatum: relinquitur ergo, ob peccatum mortale notorium latam excommunicationem ſine monitione valere; probatur etiam iſta communis in cap. *Cum ſit Romana*, §. fin. de *Appellat.* nec ſatisfacit intellectus Doctorum aſſerentium, Apoſtolum prius admonuiſſe illum Corinthium, nam intellectus ille eſt divinatorius, & repugnat litteræ illius text. ibi: *irrequiſitum*; probatur denique in cap. *Quidam maligni ſpiritus* 5. quæſt. 1. & ita eſt obſervandum; quamvis Soto (*h*) prædictam communem refutet aſſerens, excommunicationem ſine monitione latam nullam eſſe, & Victoria: (*i*) quibus non ſuffragatur illud Matth. cap. 18. in ver. *Si autem peccaverit in te frater tuus*, *&c.* nam in illo loco non præſcribitur forma excommunicationis ferendæ, ſed tantum declaratur, ad quid de Jure Naturali teneamur, quando peccator lapſus fuerit, quia tenemur illum monitionibus erigere, & ſi non audierit, ejus conſuetudinem vitare, ne nos corrumpat: quod indicant verba illa: *ſit tibi ſicut ethnicus*, *& publicanus*; id eſt, *publicus peccator*. Rurſus præceptum illud eſt affirmativum, non negativum; non enim prohibet aliter fieri: & actus geſtus contra legem præſcribentem aliquem ordinem, & non prohibentem aliter fieri, firmus eſt. (*j*)

19. Et prædicta citatio non debet fieri *peremptoriè*, niſi neceſsitas expoſcat: (*k*) & Panormitanus (*l*) tenet, citationem peremptoriam ſine cauſa fieri poſſe, dummodo nimis brevis non ſit, quem ſequitur Beroius: (*m*) & quæ dicatur citatio peremptoria, optimè explicat Didac. Perez. (*n*) Et iſta citatio aliquando fit intra Civitatem, & tunc datur Nuntio publico ad hoc deſtinato, (*o*) 20. cui Nuntio aſſerenti, ſe aliquem citaſſe, fides adhibetur, cum ſit perſona publica jurata, ſecundum Speculatorem; (*p*) tamen de commiſsione ſeu mandato Judicis *de citando*, Nuntio aſſerenti, ſibi factam fuiſſe prædictam commiſsionem, non creditur. (*q*) In Foro Sæculari aliter ſervatur, ut reſolviſti in 1. Tom. hujus Praxis, 1. Part. 3. Tempore.

21. Aliquando prædicta citatio fit extra Civitatem intra Diœceſim tamen, & tunc citatio datur ipſi parti, & pars ipſa facit, quòd illa citatio intimetur parti adverſæ per aliquem Clericum, vel Notarium, ſecundum Præpoſitum. (*r*) 22. Verumtamen in hoc eſt diſcrimen, quod tunc non creditur citanti, niſi probetur per teſtes, ſe illum citaſſe, ſecundum Baldum.

(*c*) Ut in cap. 1. de *Sentent. excommun.* in 6.

(*d*) Juxta text. in cap. *De illicita* 24. quæſt. 3. & in cap. *Sacro*, de *Sentent. excomm.* & in cap. *Conſtitutionem*, de *Sentent. excomm.* in 6. & explicat Covarr. in cap. *Alma mater*, 1. part. §. 9. n. 4. cum ſeq. de *Sentent. excomm.* in 6.

(*e*) Juxta text. in dict. cap. *Conſtitutionem.*

(*f*) Gloſſ. 2. in dict. cap. *Sacro*, & ibi Panorm. & Felin. gloſ. 1. in Summa 2. quæſt. 1. gloſ. in cap. 1. verb. *Judiciario*, de *Exceſſ. Prælat.* ſequuntur Panorm. & Dec. in cap. *Ad audientiam*, de *Appell.* firmat Cajet. 22. quæſt. 69. art. 2. Navar. in Manual. cap. 27. n. 8. & 11. dicit communem Covarr. in dict. §. 9. n. 7.

(*g*) Num. 28. Dec. lect. 1. n. 25. Rip. n. 81. & Beroi. n. 212. in dict. cap. 1. de *Judic.*

(*h*) In 4. Diſtinct. 22. quæſt. 1. art. 2. pag. 103. col. 1.

(*i*) In Tract. de Excommun. n. 6.

(*j*) Juxta ea, quæ notat Jaſ. in leg. *Non dubium*, n. 18. Cod. de *Legib.* & Felin. in cap. *Cum dilecti*, n. 10. de *Reſcript.* & de iſto præcepto Domini circa correctionem fraternam eſt accipiendus text. in cap. *Omnes decimæ* 16. quæſt. 7. & in cap. *Presbyterorum* 17. quæſt. 4.

(*k*) Juxta text. in cap. 1. de *Dilation.*

(*l*) In cap. *Quoniam contra falſam*, de *Probat.* n. 10.

(*m*) Ibi n. 132. quicquid gloſ. ibi, verb. *Dilationes*, contrarium teneat.

(*n*) In leg. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. col. 119. verſ. Dicitur.

(*o*) Ut in dict. cap. *Prudentiam* 2. reſp. de *Offic. Deleg.*

(*p*) Tit. de Citat. §. 1. verſ. Sed numquid credatur, & Imol. in leg. *Ex conſenſu*, §. *Eum qui*, ff. de *Appell.* & gloſ. in cap. *Cum parati*, verb. *Nuntius*, de *Appell.* & eſt communis opinio, ſecundum Niconicium in Repetit. cap. *Quoniam contra falſam*, verb. *Citationes*, n. 99. de *Probat.*

(*q*) Juxta text. in dict. cap. *Quoniam contra.* Et reſolvit Didac. Perez in leg. 1. tit. 2. lib. 3. Ordin. col. 826. verſ. Quæro. 23.

(*r*) In cap. *Cum ſit Romana*, col. fin. & ibi Panorm. de *Appell.* & Bald. in leg. *Ut perfectius*, col. fin. Cod. de *Annali except.* & Marant. in dict. 6. part. memb. 1. num. 44.

dum. (ſ) 23. Quo circa notificatio citationis ponitur à tergo mandati citatorii cum die, menſe, & anno, & teſtibus. (t)

24. Quando vero prædicta citatio debet fieri intra Diœceſim in aliqua Villa, vel Loco, ubi poſitus eſt Vicarius Foraneus ab Epiſcopo ejuſdem Diœceſis, in cauſis matrimonialibus, beneficialibus, & in aliis gravibus tenor libelli debet inſeri in ipſo mandato citatorio: & ſimiliter, quando aliquis eſt citandus extra Diœceſim ad requiſitionem alicujus Judicis Eccleſiaſtici, tenor libelli debet inſeri in ipſa citatione: quæ praxis oritur ex text. in cap. 2. de *Dilation.* & ex iis, quæ in ſimili reſolvit Covarruvias: (u) & tunc pars porrigens libellum petitionis in ipſo libello petere debet, *quod mandatum citatorium intimetur parti adverſæ cum inſertione ipſius libelli, & quod eidem præcipiatur, quod conſtituat procuratorem cognitum, ex numero illius Auditorii, alias quòd in ejus abſentia procedetur cum Auditorio*, quod Judex ſic præcipit, & praxis ita obſervat. Et quia, poſtquam mandatum citatorium intimatum eſt parti, contigit frequenter, quod pars citata non comparet, imò eſt contumax, & Judicem contemnit, ideò videndum erit de contumacia rei citati.

EX CAPITE TERTIO.

SUMMARIA.

1 *Contumacia rei eſt duplex, una vera, & altera ficta.*

2 *Contumacia multis modis commiti poteſt.*

3 *Contumacia quando ſit delictum, remiſſivè.*

4 *Propter delictum, vel quaſi, etiam Nobilis, vel mulier poſſunt in carcerem detrudi.*

5 *Contumacia variis pœnis punitur, remiſſivè: & quæ magis in Tribunalibus Eccleſiaſticis frequentetur.*

6 *Contumax quis non reputatur, niſi incuſata ante Judicem contumacia ab eo, ad cujus inſtantiam contumax fuit citatus.*

7 *Citatio remanet circunducta, ſi actor non comparuerit in termino, ad incuſandam contumaciam citati.*

8 *Actor non comparens in termino, ad incuſandam contumaciam rei citati, condemnandus eſt in expenſis, nec eſt admittendus ad novam citationem, niſi idonee caveat de comparendo in termino, & perſeverando in judicio uſque ad finem litis.*

9 *Actor ita demum condemnatur in expenſis, quando non comparuit ad incuſandam contumaciam rei, ſi ipſe reus compareat in termino ad petendum, ſe abſolvi à judicio.*

10 *Judex poteſt prorogare terminum datum ad citandum reum, ſi ipſe intra ſibi conſtitutum non compareat.*

11 *Citatio ad duo arctat, ad comparendum in termino, & ad ſimpliciter comparendum.*

12 *Citatio ſublata cenſetur, cum nec citatus, nec citans in termino coram Judice comparent, quia una contumacia altera compenſatur.*

13 *Citatus contumax remanet ſtatim excommunicatus, eo ipſo quòd actor comparuerit ad incuſandam ejus contumaciam.*

14 *Contumax excommunicatus comparens in judicio non auditur, donec refuſis expenſis abſolvatur; & quæ praxis circa hoc obſervetur.*

15 *Contumacia creſcente, creſcere debet pœna.*

16 *Quæ praxis obſervetur, cum reus denuntiatus Clericus, Scholaſticus, vel Laicus non comparent in judicio, creſcente eorum contumacia.*

17 *Littera participantium, campanarum, & anathematis non differunt, quoad vim & vinculum, à majori excommunicatione, licet quoad ſolemnitatem, & terrorem differant.*

18 *Brachium ſæculare non poteſt implorari donec reus ſit excommunicatus gravatus, & regravatus.*

CAPUT TERTIUM.

DE CONTUMACIA.

1. Contumacia rei duplex eſt, una *Vera*, altera vero *Ficta*: Vera contumacia eſt, *quando aliquis fuit citatus perſonaliter, & non comparuit.* Ficta autem eſt, *quando aliquis fuit citatus domi, nec comparuit.* (a) 2. Quæ contumacia variis modis committitur, ut putà, in non comparendo, in recedendo à judicio ſine licentia à Judicis, & in non parendo Ju-

(ſ) In leg. *Sicut proponis* II. Cod. *Quomod. & quand. Judex*, & Peruſ. in cap. *Cum paraſti*, verſ. *Sexto quæritur*, de *Appellat.*

(t) Juxta text. in dict. cap. *Quoniam contra falſam.*

(u) In Practic. Quæſt. cap. 10. n. 7. in fin. verb.

(a) Ita colligitur ex gloſ. in leg. *Divus*, verb. *Exiſtimari*, ff. de *Reſtitut. in integr.* & ibi notat Bartol. & de iſto artic. ſunt videndi Alexand. & Jaſ. in leg. *Properandum*, §. *Sin autem reus*, Cod. de *Judic.* Imol. in leg. *Ex conſenſu*, §. fin. ff. de *Appell.* Socin. in Tract. de Citation. art. 27. n. 28. & latè Foller. in ſua Praxi in 4. part. 3. part. in verb. Et ſi confiteantur, n. 13. Marant. de Ordin. Judic. in 6. part. memb. 2. n. 8. Tiraq. de Utroque retract. §. 9. gloſ. 2. Anton. Gravat. in Annotat. ad Octav. Veſtrium, lib. 7. cap. 3. n. 53.

dici. (b) 3. Et quando contumacia delictum ſit, tractat Covarruvias: (c) quòd utile eſt ad ſciendum, an Nobilis vir, aut mulier pro aliquo debito excommunicati, per implorationem brachii ſæcularis poſſint in carcerem detrudi à Judicibus Sæcularibus, nam, cum contumaces ſint, videntur delictum committere; 4. & propter delictum, vel quaſi bene poſſunt in carcerem detrudi: (d) 5. puniturque variis pœnis à jure impoſitis, quas congerit Maranta. (e)

Et pœnæ, quæ magis frequentantur in Tribunalibus Eccleſiaſticis, ſunt ſequentes: *prima eſt*, quòd contumax patitur pœnam miſſionis in poſſeſſionem ex primo, & ſecundo decreto. *Secunda eſt*, quòd proceditur adverſus eum via ordinaria uſque ad ſententiam diffinitivam: de quibus erit agendum in 2. Part. hujus 2. Tomi, ubi etiam erit agendum de alia pœna, quæ frequentatur in Foro Canonico adverſus Clericum contumacem, nempè de captura perſonæ. *Alia pœna eſt*, quòd contumax excommunicatur, ſecundum Gloſſam: (f) *eſt, & alia pœna*, quòd contumax punitur in expenſis: (g) & hæ ultimæ pœnæ magis practicantur in Foro Canonico.

6. Adverte tamen, quòd, ad hoc ut citatus contumax reputetur, requiritur, quòd quando aliquis citatur ad comparendum, vel aliquid faciendum certa die, quòd, tranſacta illa die, is, ad cujus inſtantiam fuit citatus, debet comparere, incuſando contumaciam citati; alias citatus contumax non reputatur, (h) præterquam ſi in cauſa criminali procedatur per viam inquiſitionis, vel ex officio Judicis, nam tunc non eſt neceſſaria incuſatio contumaciæ, ut docet Bartolus. (i)

7. At verò ſupradicta reſolutio obtinet, quando ad inſtantiam partis proceditur, nam tunc incuſatio contumaciæ requiritur: quinimo, actore non comparente in termino ad incuſandam contumaciam citati, citatio remanet circunducta, *id eſt*, ſublata, nec poterit in cauſa procedi, niſi reo *de novo* citato. (j) 8. Imò actor debet tunc condemnari in expenſis, nec eſt admittendus ad novam citationem faciendam reo, niſi idonee caveat *de comparendo in termino, & perſeverando* in judicio uſque ad finem litis: (k) & actor debet ſolvere expenſas uſque ad ultimum quadrantem: (l) 9. quòd intellige verum, ſi reus citatus compareat in termino, & à Judice petat *citationem circunduci, & ſe abſolvi à prædicta citatione*, petatque, *ſe poſſe recedere à judicio, & actorem in expenſis condemnari*: 10. nam, cum Judex poſſit expectare in ſequentem diem termini actorem, & ſic prorogare illum terminum, (m) videtur terminum durare uſque ad tempus prorogationis, (n) atque ideo citatio non remanet circunducta *ipſo jure*.

11. Nec citatus comparens poteſt recedere à judicio abſque licentia Judicis; alioquin, ſi abſque licentia recedat, & poſtea actor compareat oſtendendo, *ſe juſta cauſa, & neceſſaria abfuiſſe*, poterit petere expenſas à reo recedente abſque licentia Judicis, (o) quia hujuſmodi citatio ad duo arctat, ſcilicet, quòd *citatus compareat*, & quòd *in termino compareat.* (p) Unde, quamvis unum facere non poſſit, nempè, *in termino comparere*, nihilominus tamen alterum tenetur facere, ſcilicet, *comparere.* (q) 12. Cæterùm, ſi nec citans, nec citatus in termino compareant, citatio remanet circunducta, *id*

(b) Secundum Panorm. Aret. & Dec. in cap. 1. Extra de *Jud.* poſt gloſ. 1. in cap. 2. de *Dol. & contum.*

(c) In cap. *Alma mater*, 1. part. §. 9. n. 3. Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. 1. n. 13. & Menoch. lib. 2. de Arbitr. cent. 2. caſ. 153. n. 1.

(d) Ut in leg. 62. Taur. quæ habetur in leg. 10. tit. 13. lib. 5. Recop. & in leg. 79. Taur. quæ habetur in leg. 4. & 5. tit. 2. lib. 6. Recop. & in leg. 6. ejuſdem tit. & lib.

(e) Ubi ſupr. in dict. memb. 2. n. 9. & Nicol. Anton. Gravat. in dict. Annotation. ad Octav. Veſtrium, lib. 3. cap. 2. n. 24. & 25.

(f) In cap. 1. de *Dol. & contum.* in 6. & notat Bald. in leg. 3. Cod. de *Procur.* & Fel. in cap. 1. col. 5. verſ. Utrum excommunicatio, Extra de *Judic.* & Marant. in dict. membr. 2. n. 19.

(g) Secundum gloſ. 1. cap. 1. de *Dol. & contum.* in 6. & gloſ. in cap. 2. verſ. *Rationabilis cauſa*, de *Procurator.* & gloſ. in cap. *Quoniam contra*, verb. *Dilationes*, de *Probat.*

(h) Juxta text. in leg. *Properandum*, §. *Et ſiquidem*, & ibi DD. Cod. de *Jud.* & docet Bart. in leg. 2. col. ult. ff. *Si quis in jus vocatus*, & in leg. *Conſentaneum*, col. ult. Cod. *Quomod. & quand. Judex*, & reſolvit Aſinius in ſua Praxi, §. 17. cap. 3. verſ. Undecimò lis non conteſtatur, n. 3. & Anton. Gravat. ubi ſupr. lib. 4. cap. 4. n. 17.

(i) In Extravag. *Ad reprimendum*, verb. *Neglexerit.* Anton. de Butr. in cap. fin. col. fin. de *Dol. & contum.* Hyppol. in leg. de *Unoquoque*, n. 121. ff. de *Re judic.* & deciſ. Pedamont. 71. n. 5. & 47.

(j) Juxta text. in leg. *Et poſt edictum*, verſ. *Si bis*, ff. de *Judic.* & Rota 64. tit. de *Appellat.* n. 4. in Novis.

(k) Juxta text. in cap. 1. junct. gloſ. ibi, verb. *Sufficienter*, de *Dol. & contum.* in 6. & in Auth. de *Exhibendis reis*, §. *Si verò ſemel.*

(l) Secundum Bald. in cap. *Conquerente*, col. 1. de *Reſtitut. ſpoliat.* & conſentit Jaſ. in Auth. *Qui res*, Cod. de *Sacroſanct. Eccleſ.* & in leg. *Sancimus*, Cod. de *Jud.* omnino in hoc videndus.

(m) Juxta text. in cap. *Conſuluit*, de *Offic. Deleg.*

(n) Argum. leg. *Sed ſi manente*, ff. de *Precar.*

(o) Arg. text. in leg. *Sancimus*, Cod. de *Judic.*

(p) Ut in cap. *Cum dilecti*, verſ. *Præterea*, de *Dol. & contumac.*

(q) Juxta text. in dict. cap. *Cum dilecti*, verſ. *Præterea*, & in leg. *Celſus*, & in leg. *Prætor*, §. ult. ff. de *Recept. arbitr.* & ita docent Innoc. & Panorm. n. 7. in dict. cap. *Conſuluit*, & agnoſcit Didac. Perez in leg. 1. tit. 2. lib. 3. Ordinam. quæſt. 10.

id eſt, ſublata, & perinde habetur, ac ſi non interveniſſet; (*r*) & una contumacia alteri compenſatur. (*ſ*)

13. Sed ſi actor in judicio ad terminum citationis comparuerit, incuſando contumaciam citati, illapſo illo termino, *ipſo jure* citatus remanet excommunicatus, ſecundum Præpoſitum; (*t*) & tunc Judex præcipit *denuntiatoriam contra eum dari*; 14. nec poſtmodum reus auditur, quamvis compareat, donec, refuſis expenſis, abſolvatur. (*u*) Et ita *praxis* obſervat, quòd, quando aliquis excommunicatus eſt ob non comparitionem, coram Judice comparet, aſſerendo, *que hace parecencia ante ſu Merced en la cauſa con Fulano: y pide ſer abſuelto, y està preſto de purgar las coſtas: y el Juez dice, que purgando las coſtas ſe le dè abſolucion*; 15. ſi verò reus denuntiatus non comparuerit, quia, creſcente contumacia, creſcere debet pœna, (*x*) 16. ſi fuerit Clericus, vel Scholaris datur mandatum capturæ perſonæ, vel pignorum; ſi verò fuerit Laicus poſt denuntiatoriam dantur Litteræ *de repicar Campanas*, & deinde Litteræ *de Participantes*, & poſtea Litteræ *de Anathema.*

Et praxis, quæ in hoc obſervatur in Audientia Epiſcopali Salmantina, & in Audientia Scholaſtica eſt, quòd, ſi reus Salmanticæ, vel in Diœceſi habitat, *las dichas Cartas de Excomunion agravadas dánſe una deſpues de otra, haſta citacion para vèr dicernir el brazo ſeglar.* Si autem reus habitet extra Diœceſim Salmantinam, *deſpues de la Carta Denunciatoria, las demàs Cartas agravadas dánſe juntamente acumuladas con citacion, para vèr dicernir el brazo ſeglar.* Quæ praxis fundari videtur in vitanda dilatione, quæ maxima fieret, ſi unaquæque excommunicatio de per ſe daretur, & eſſet intimanda reo exiſtenti extra Diœceſim, & ſic ex ſua contumacia commodum reportaret.

17. Et eſt advertendum, quod prædictæ Litteræ *Participantium*, *Campanarum*, & *Anathematis* non differunt, quoad vim & vinculum, à majore excommunicatione lata in prima citatione, licet quoad ſolemnitatem, & terrorem differant, & plus aliquid operentur, quoad effectum, & damnum propter publicas illas execrationes, ut eleganter reſolvit Covarruvias. (*y*) Et ſi adhuc Laicus ita excommunicatus gravatus, & regravatus in contumacia perſeveraverit, poſtea, cum Eccleſia non habeat ultra quid faciat, Eccleſiaſticus invocat brachium ſæculare: & tunc ſæcularis Judex tenetur illud impertiri, capiendo perſonam excommunicati, & in carcerem detrudendo. Quòd procedit ex his, quæ diximus in Prooemio hujus ſecundi Tomi: 15. Nam, antequam reus ſit excommunicatus, gravatus & regravatus, auxilium Sæcularis Judicis non eſt invocandum, ut dicit Gloſſa; (*z*) ſed quia aliquando reus citatus in termino, vel poſt, comparet, ideo de comparitione erit videndum.

EX CAPITE QUARTO.

SUMMARIA.

1 *Citatus non comparens in termino non auditur, ſi fuerit denuntiatus, niſi poſt abſolutionem, & expenſis ſolutis.*

2 *Reus habens exceptionem concernentem perſonam Judicis, debet comparere cum proteſtatione non attribuendi aliquam juriſdictionem Judici, ne, allegando alias exceptiones, videatur conſentire in Judicem non ſuum.*

3 *Judici incompetenti nulla tribuitur juriſdictio per ſolam citati comparitionem, cum teneatur comparere ad allegandam ſuam exceptionem, & privilegium.*

4 *Citatus poteſt regulariter facere ſuam comparitionem per Procuratorem, ſive citatus ſit ab Ordinario, ſive à Delegato, ſive à Papa.*

5 *Libellus in forma comparitionis rei citati ſimpliciter factæ.*

6 *Libellus in forma comparitionis rei citati habentis exceptionem dilatoriam.*

7 *Reus citatus habens exceptionem dilatoriam comparens in judicio, quid allegare debeat.*

CAPUT QUARTUM.

DE COMPARITIONE CITATI.

1. Citatus aliquando in termino comparet, aliquando, poſtquam fuit denuntiatus coram Judice comparet, reficiendo expenſas, & abſolutionem petendo; alioquin non audiretur, ut diximus in cap. præcedenti prope finem: & tunc refuſis expenſis, & abſolutus facit comparitionem ſimpliciter, ſi non habet aliquam exceptionem dilatoriam; 2. ſi verò habet aliquam dilatoriam reſpicientem perſonam Judicis, vel actoris, vel totam cauſam; tunc facere debet comparitionem cum proteſtatione *non attribuendi aliquam juriſdictionem Judici*, ut deinde allegatio dilatoriarum non obſtet reo, ne videatur reus conſentire in Judicem non ſuum, ut docent Innocentius, (*a*) & Rubeus. (*b*)

3. Nec per prædictam comparitionem tribuitur aliqua juriſdictio Judici incompetenti, cùm citatus à Judice incompetenti teneatur comparere, ad allegandam ſuam exceptionem, & privilegium: (*c*) 4. quam comparitionem citatus regulariter facere poteſt per Procuratorem, ſive citatus ſit ab Ordinario, ſive à Delegato, (*d*) quod extenditur ad citatum à Papa, ut reſolvit Did. Perez: (*e*) & tunc prædicta comparitio fit modo ſequenti.

COMPARITIO REI CITATI *ſimpliciter facta.*

Iluſtre Señor.

5. „ Fulano, hago parecencia à cierta citacion, que de Vmd. me fuè notificada à pedimento de Fulano: à Vmd. pido me haya por parecido, y purgando las coſtas me mande dàr abſolucion, y pido copia de qualquier pedimento que eſtè fecho, y termino para reſponder. Y ſi no me eſtà pueſta alguna demanda: à Vmd. pido mande à la parte contraria luego la ponga; donde no, Vmd. le condene en las coſtas, y caminos de la mala citacion, y no le admita à nueva citacion ſobre eſte negocio, ſin que haga lo que de derecho es obligado, y para ello, &c.

Si verò citatus in termino citationis comparuerit, ita quòd non incurrerit excommunicationem, nec denuntiatus fuerit, tunc ſolummodo dicit, *que hace parecencia, y pide copia, y termino para reſponder al pedimento contra èl fecho: ò que le mande à la parte contraria ponga demanda*, ut in dict. petitione comparitionis diximus. Sed ſi reus citatus habuerit aliquam exceptionem dilatoriam, & fuit excommunicatus, quia in termino citationis non comparuit, tunc comparitionem facit forma ſequenti.

COMPARITIO REI CITATI *habentis exceptionem dilatoriam.*

Iluſtre Señor.

6. „ Fulano, con proteſtacion, que ante todas coſas hago, de no atribuir à Vmd. mas, ni mayor juriſdiccion de la que de derecho le compete, ò competer pueda por eſte auto, ò por otros, que en eſta cauſa ante Vmd. faga, ò diga por eſcrito, ò por palabra; y ſò la dicha proteſtacion hago parecencia à la Carta por Vmd. dada contra mì à pedimento de Fulano: à Vmd. pido me haya por parecido, y purgando las coſtas me mande dàr abſolucion de la excomunion en que eſtoy, y copia de lo contra mì pedido, y termino para alegar de mi juſticia, para lo qual, &c.

El Juez dice, *que lo hà por parecido, y que purgando las coſtas ſe le dè abſolucion, y copia de lo pedido, y que para la primera Audiencia reſponda.*

7. Si verò reus citatus habens exceptionem dilatoriam, in termino citationis comparuerit, ita quòd non fuerit denuntiatus, tunc comparitionem faciet dicendo, *que hace parecencia à la citacion, con proteſtacion de no atribuir juriſdiccion: y que pide ſe le dè copia, y termino para alegar de ſu juſticia, la qual pide ſe le faga, &c.* Y el Juez dice, *que lo hà por parecido, y que ſe le dè copia de lo contra él pedido, y ſe le notifique, que à la primera Audiencia reſponda.* Et hoc obſervatur, quando in mandato citatorio fuit inſertus libellus petitionis actoris; cæterùm, ſi non fuit inſertus libellus petitionis in mandato citatorio, ſed ſolummodo fuit citatus *para vèrſe poner demanda*, tunc Judex præcipit actori, *que para la primera Audiencia ponga demanda al dicho* ci-

(*r*) Juxta text. in leg. *Et poſt edictum*, verſ. 1. ff. de *Jud.*

(*ſ*) Ut in leg. *Si duo*, ff. de *Dolo*, & in leg. *Si ambo*, ff. de *Compenſ.* notat gloſ. in dict. cap. 1. verb. *Venienti*, de *Dolo*, *& contum.* in 6. & tradit Anton. Gravat. in Annotat. ad Octav. Veſtrum, lib. 4. cap. 4. n. 14. & conducunt, quæ tradunt Innoc. & Panorm. in dict. cap. *Conſulti*, & in cap. *Auditis*, de *Procur.* & Matth. de Afflict. deciſ. 366. num. 4.

(*t*) In cap. *Quiſquis* 4. quæſt. 5. n. 4.

(*u*) Juxta text. in cap. *Venerabilibus*, §. *Porrò*, de *Sentent. excommunic.* in 6.

(*x*) Ut in cap. *Cum non ab homine*, de *Jud.* & in leg. *Relegati*, ff. de *Pœnis.*

(*y*) In cap. *Alma mater*, 1. part. §. 8. n. 6. cum ſeqq.

(*z*) Relata ad text. in Clem. *Diſpendioſam*, de *Jud.* verb. *Cleric.* & ibi Lanfranc. in Repet. & Palac. Rub. in Repet. cap. *Per veſtras*, §. Sed eſt Pulchra dubit. n. 17. & Avil. in capp. *Prætorum*, cap. 20. n. 16.

(*a*) In cap. *Cumana*, de *Elect.* Præpoſitus in cap. *Solicitudinem*, n. 71. de *Appell.*

(*b*) In Repet. leg. *Non ſolum*, §. *Morte*, n. 234. ff. de *Novi oper. nunt.*

(*c*) In leg. *Si quis ex aliena*, ff. de *Judic.* & notat gloſ. in cap. *Si duobus*, verb. *Tenebit*, de *Appellat.* & ibi Dec. n. 7. text. in leg. *Ex quacumque*, ff. *Si quis in jus vocatus*, & ibi Jaſ. num. 37. gloſ. in cap. *Convenior*, verb. *Congrueret* 23. quæſt. 8. Dec. in conſ. 125. num. 7. & eſt lex 2. tit. 7. Part. 3.

(*d*) Juxta text. in leg. fin. Cod. de *Procur.* text. & gloſ. verb. *Judicem* in cap. 1. de *Jud.* in 6. receptam communiter ex Gomec. ibi, n. 59. & gloſ. in cap. *Expoſuit*, verb. *Perſonaliter*, de *Dilat.*

(*e*) In leg. 8. tit. 3. lib. 2. Ordinam. & eſt videndus Octav. Veſtrius, ubi ſupr. in lib. 4. cap. 2. n. 8. & ibi Anton. Gravac. in Annotat. n. 16.

citado, el qual preſenta ſu libello de demanda; & ideò videndum erit de libelli oblatione.

EX CAPITE QUINTO.

SUMMARIA.

1 *REo citato comparente in judicio, ſi libellus actoris non fueris inſertus in mandato citatorio, mandat Judex ipſi actori, ut libellum ſuæ actionis ad primam Audientiam offerat, qui illum producere debet.*

2 *Cenſura Eccleſiaſtica eſt gladius Eccleſiaſticæ diſciplinæ.*

3 *Libellus in cauſa decimali ab actore in Foro Eccleſiaſtico præſentatus.*

4 *Condictio ex canone datur pro exactione decimarum.*

5 *Decimas Eccleſiæ particulari tribuit jus Canonicum, univerſali verò jus Divinum.*

6 *Decimæ, aut ſunt prædiales, aut perſonales, aut mixtæ.*

7 *Decimæ prædiales ſolvi debent, ubi prædia ſita ſunt, niſi conſuetudo aliter ſe habeat.*

8 *Decimæ perſonales ſolvi debent, ubi quis audit Divina officia, & recipit Sacramenta.*

9 *Decimæ perſonales ſunt præſtandæ illi Eccleſiæ, in cujus territorio eſt domus illius, qui præſtare eas debet.*

10 *Decima dividitur æqualiter, ſi quis in hyeme in una Eccleſia, & in æſtate in alia audierit Divina, ſi tempus fuerit æquale; aliàs pro rata temporis.*

11 *Decimas perſonales quis ſolvere debet, ſi plura domicilia habuerit, ubi principalius habet domicilium.*

12 *Domus janua attendi debet ubi ſita eſt, ut ſciatur cujus Parochiæ ſit: & ſi duas januas habuerit, quæ principalis ſit, & anterior.*

13 *Decimæ animalium ubi ſolvi debeant, remiſſivè.*

14 *Decimæ prædiales, & perſonales ex omnibus bonis debentur.*

15 *Decima ex omni frumento, & leguminibus terræ ſolvi debet.*

16 *Decima de pallea etiam ſolvi debet, quia pallea in fructu dicitur eſſe.*

17 *Conſuetudo efficere poteſt, ut decima non ſolvatur de minutis.*

18 *Minuta quæ dicantur, remiſſivè.*

19 *Decima etiam debetur de fructibus arborum.*

20 *Decima debetur ex pluribus fructibus collectis in uno anno ex eodem prædio.*

21 *Decima debetur de molendinis, ſive adventum, aut in aqua conſtitutis, ſive de his quæ tractu hominum, aut beſtiarium moventur.*

22 *Decima debetur de furnis.*

23 *Decima debetur de piſcariis, ſive ratione penſionis, ſive ratione lucri.*

24 *Decima debetur de paſcuis, id eſt, de pretio, quo paſcua vendita ſunt.*

25 *Paſcua ſi gratis comedantur, dominus gregis tenetur ſolvere decimas ex tali æſtimatione.*

26 *Decima debetur ex fœno, & lanis, caſeo, & butyro, quod ex lacte fit, non tamen ex eo quod fit de pinguedine animalium.*

27 *Decima debetur ex fructibus animalium.*

28 *Fructibus triplex conſiderari poteſt in animalibus, ut ex eis decima ſolvatur.*

29 *Decima fructuum animalium quando ſolvi debeat, remiſſivè.*

30 *Decima agnorum ſolvenda non eſt, ſtatim cum naſcuntur, ſed cum jam ſint lactati, & nutriti, ita quòd congrui ſint ad uſum.*

31 *Decima debetur ex prædiis de novo ad culturam redactis.*

32 *Novalia quæ ſint, remiſſivè*

33 *Decima debetur ex omni negotio, artificio, & militia.*

34 *Conſuetudo viget in Hiſpania, ut decima non ſolvatur ex lucris opificum, & negotiatorum.*

35 *Conſuetudo eſt legitimè præſcripta ferè toto Orbe Chriſtiano, ut decimæ perſonales non ſolvantur, exceptis Salariorum famulorum, & famularum in aliquibus Hiſpanis regionibus.*

36 *Decima ex fructibus integre ſolvi debet, non deductis expenſis operis, vel penſionis, aut ſeminis.*

37 *Decimas integre non ſolvens, mortaliter peccat.*

38 *Impenſæ deducendæ ſunt ex decima perſonali, ubi deficit conſuetudo non ſolvendi eam.*

39 *Decimas integre non ſolvens pluribus pœnis afficitur, remiſſive.*

40 *Rapere, & detinere injuſte idem eſt.*

41 *Decimas non ſolvens eſt infamis, & in peccato dicitur eſſe conſtitutus; etiam ſi non ſolvat, antequam ſibi petantur.*

42 *Copia libelli adverſario dari debet, ut ad primam Audientiam reſpondeat.*

43 *Judex quid facere debeat, cum reus libello actoris non reſpondet, & quæ praxis circa hoc obſervetur in Tribunali Epiſcopali Salmantino.*

44 *Reo confitente, quod in libello actoris petitur, judicium finitur, cum pro condemnato habeatur ipſe, niſi ſit cauſa, in qua periculum animarum verſetur, ut ſi agatur ad diſſolutionem matrimonii.*

*** *** ***

CA-

CAPUT QUINTUM.

DE LIBELLI OBLATIONE.

1. POſtquam reus citatus comparet in judicio, ſi in mandato citatorio libellus petitionis non fuit inſertus, Judex mandat actori, *quòd libellum ſuæ actionis ad primam Audientiam offerat*: qui illum producere debet. Et qualiter, & quibus clauſulis illum componere debeat, explicuimus in 1. Part. 1. Tom. in 4. Tempore, quæ omnia circa ejus compoſitionem erunt obſervanda in iſto Foro Eccleſiaſtico, præterquamquòd, dum in fine libelli Fori Sæcularis dicitur: *por todo rigor, y remedio de derecho, &c.* in libello Fori Eccleſiaſtici poſt prædicta verba, ſunt adjicienda alia, ſcilicet, *y cenſura Ecleſiaſtica, y otras penas, que para ello le ponga*; 2. quia cenſura Eccleſiaſtica eſt gladius Eccleſiaſticæ diſciplinæ: (*a*) & exempli gratia formabis libellum modo ſequenti.

LIBELLUS IN CAUSA DECIMALI.

Iluſtre Señor.

3. ,, Fulano, Clerigo Presbytero, Benefi-
,, ciado de la Igleſia Parroquial de tal Lugar
,, de eſta Dioceſis de Salamanca, como mas
,, haya lugar de derecho, parezco ante Vmd.
,, y me querello de Fulano, vecino del dicho
,, Lugar, al qual pongo demanda, y digo: que
,, aſsi es, que ſiendo como yo ſoy Beneficia-
,, do de la Igleſia Parroquial del dicho Lugar,
,, y por el conſiguiente ſerme debidos de De-
,, recho Canonico los diezmos, aſsi predia-
,, les, como perſonales, y mixtos, de los fruc-
,, tos que ſe cogen de todos los predios, y
,, heredades ſitas en el diſtricto, y diezmatorio
,, del dicho mi Beneficio, y de las perſonas que
,, ſon mis feligreſes, y adminiſtro los Sanctos
,, Sacramentos: el dicho Fulano, ſiendo, co-
,, mo es, mi feligrès, y oyendo los Divinos
,, Oficios, y recibiendo los Sanctos Sacramen-
,, tos cada año en la dicha mi Igleſia, y te-
,, niendo, como tiene, muchas heredades de
,, pan llevar, paſtos de yerva, rios de mucha
,, peſca, molinos, huertas, ganados, y otros
,, muchos tratos, y grangerias: y ſiendo obli
,, gado de Ley Natural, Divina, y Humana
,, à pagar diezmo de los dichos fructos de to-
,, dos ſus bienes, con poco temor de Dios,
,, y en grave daño de ſu conciencia contra to-
,, do derecho, de dos años à eſta parte, ſin ti-

,, tulo ni cauſa, que baſtante ſea, ſe ha ſub-
,, trahido, y ſubtrahe de pagarme los diez-
,, mos del trigo, cebada, centeno, paja, gar-
,, vanzos, garrovas, y otras legumbres, que
,, en las dichas ſus heredades ha cogido, y
,, de las peſcas, y moliendas, que en ſu rio,
,, y molinos ſe han hecho, y de las rentas de
,, ſus yervas, y de los ganados, y de las la-
,, nas, manteca, y queſo, que de ellos ha ſa-
,, cado, y de la hortaliza de ſus huertas, y
,, del pan, que ha cogido en las nuevas rotu-
,, ras, que en ſus deheſſas ha fecho, y de las
,, ganancias, que en ſus tratos, y grangerias
,, ha tenido; y aunque por mì muchas veces
,, ha ſido requirido à que me acuda con los
,, diezmos de todas las dichas coſas, y los
,, trayga à la cilla del dicho mi Beneficio,
,, por me ſer debidos conforme à derecho, y
,, eſtàr en coſtumbre uſada, y guardada de
,, diez, veinte, y treinta, quarenta, y mas
,, años à eſta parte, de llevar diezmo de to-
,, das las dichas coſas: el dicho adverſo no
,, lo ha querido, ni quiere hacer ſin contien-
,, da de juicio. Por que pido à Vmd. que del
,, ſobredicho me haga entero cumplimiento de
,, juſticia: y ſi otro mas y mayor pedimento
,, es neceſſario, habido aqui por expreſſo, y
,, pronunciando mi relacion por verdadera, en
,, la parte que baſte al vencimiento de eſta
,, cauſa, por ſu ſentencia, que en eſte caſo lu-
,, gar haya, condene al dicho Fulano, à que
,, me dè, y pague los diezmos de todas las
,, dichas coſas de los dichos dos años, que ha
,, dexado de dezmar, que eſtimo en docien-
,, tos ducados cada un año, mandandole, que
,, de aqui adelante me pague los dichos diez-
,, mos, ſò graves penas: y aſsi condenado à
,, ello le compela, y apremie por todo rigor,
,, y remedio de derecho, y cenſuras Ecleſiaſti-
,, cas, y otras graves penas, que para ello le
,, imponga: ſobre que pido juſticia, y coſtas,
,, y el oficio de Vmd. imploro, y juro en for-
,, ma de derecho, que eſta demanda no pon-
,, go de malicia, &c.

,, Otrosì, à Vmd. pido mande dàr ſu man-
,, damiento con inſercion de eſta demanda,
,, en que mande al dicho adverſo parezca à
,, reſponder, y conteſtar, y que nombre Pro-
,, curador con poder baſtante acceptado; y
,, en ſu defecto le aſeñale los Eſtrados de ſu
,, Auditorio con quien ſe hagan los autos, y
,, para ello, &c.

Iſta clauſula apponitur, quando à principio fuit porrecta petitio, antea quam reus ſimpliciter citaretur.

In

(*a*) Ut in cap. *Dilecto*, de *Sentent. excomm.* in 6. & in Concil. Trident. Seſſ. 25. de Reform. cap. 3.

4. In ſupradicto libello fuit intentata à Beneficiario actore conditio *ex Canone*, quæ datur pro exactione decimæ, ſecundum Gloſſam: (*b*) 5. cum in prædicto libello agatur contra debentem ſolvere decimas, intentatur actio perſonalis conditione *ex Canone*, quia Canon tribuit Eccleſiæ particulari decimas; jus autem Divinum Eccleſiæ Univerſali tribuit eaſdem, ut notat Panormitanus. (*c*) Quinimo in Concilio Tridentino (*d*) præcipitur, *quòd qui decimas, aut ſubtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, neque abſolvantur, niſi reſtitutione plena facta:* (*e*) & ob id dictum fuit in libello: *Y por el conſiguiente ſerme debidos de derecho Canonico.*

6. Quæ decimæ ſunt in triplici differentia, aut enim eſt *prædialis*, aut *perſonalis*, aut *mixta*, ut docet Navarrus; (*f*) & ob id dictum fuit in libello: *Aſsi prediales, como perſonales, y mixtas:* & ſi fuerint prædiales ſolvi debent, ubi prædia ſita ſunt, niſi conſuetudo aliter ſe habeat: 7. nam in decimis ſolvendis ſemper ſtandum eſt conſuetudini; (*g*) & ideò in dicto libello dictum fuit: *de los frutos, que ſe cogen de todos los predios, y heredades ſitas en el diſtricto, y dezmatorio del dicho mi Beneficio:* & etiam ob id dictum fuit in dicto libello: *Eſtàr en coſtumbre uſada, y guardada, &c.* 8. Si verò decimæ fuerint perſonales, ibi ſolvi debent, ubi quis audit Divina Officia, & recipit Sacramenta; (*h*) 9. & ita perſonales decimæ præſtantur illi Eccleſiæ, in cujus territorio ſita eſt domus, in qua quis habitat, quia ibi tenetur Divina audire: (*i*) & ob id dictum fuit in libello: *Y de las perſonas que ſon mis feligreſes y adminiſtro los Sanctos Sacramentos, el dicho Fulano, ſiendo mi feligrès, y oyendo los Divinos Oficios, y recibiendo los Sanctos Sacramentos cada año en la dicha mi Igleſia, &c.*

10. Sed ſi quis in hyeme audiret Divina Officia in una Parochia, & in æſtate in alia, tunc æqualiter decima divideretur, ſi æquum fuerit tempus; aliàs non pro rata temporis erit dividenda: (*j*) 11. & ſi quis plura domicilia habuerit in pluribus Parochiis, ibi ſolvere debebit, ubi principale domicilium habuerit: (*k*) 12. & ſi dubitaretur, cujus Parochiæ eſſet domus, tunc inſpiciendus erit ſitus januæ, & illius Parochiæ erit, in qua janua ſita fuerit: (*l*) & ſi domus habuerit duo oſtia, illud erit inſpiciendum, quod eſt anterius, & tanquam nobilius; & principalius judicabitur eſſe ex illa Parochia, ubi ſitum fuerit. (*m*) 13. Decimæ verò animalium ibi ſolvi debent, ubi docet Gloſſa: (*n*) quòd ita accipiendum eſt, niſi aliter conſuetudo præſcripta ſe habeat, quæ in hac materia attendi debet, ut ſupra diximus.

14. Quæ decima tàm prædialis, quàm perſonalis ex omnibus bonis debetur: (*o*) 15. quo fit, quod ex omni frumento, & ex omnibus leguminibus terræ decima ſolvi debet, (*p*) 16. & ita de palea ſolvenda eſt decima, quia palea dicitur eſſe in fructu; (*q*) 17. dummodo conſuetudo non ſit in contrarium, nempè, quòd decima non ſolvatur de minutis, ſecundum Sanctum Thomam. (*r*) 18. Et quæ dicantur minuta explicat Gloſſa; (*ſ*) in quo tamen ſtandum erit conſuetudini, ſecundum Hoſtienſem. (*t*)

Si-

(*b*) In cap. *Tua* II. de *Decim.* & ibi Panorm. n. 12. & 13. & in cap. *Commiſſum*, n. 4. eod. tit. & Probum in Rubr. de *Decimis*, lib. 6. & latè reſolvit Rebuff. in Tract. de Decimis, quæſt. 9. & ad ibi reſoluta eſt redigenda gloſ. in cap. *Moderamine*, verb. *Sibi vendicent* 16. quæſt. 1. & gloſ. in cap. *Revertimini*, verb. *Suas* 16. quæſt. 1. & ad text. in leg. 2. §. fin. ff. de *Pollicita*, eſt addendus Rebuff. in dict. Tract. de Decimis, quæſt. 3. n. 16.

(*c*) In dict. cap. *Tua*, n. 13. in fin.

(*d*) Seſſ. 25. de Reform.

(*e*) Quod intelligendum eſt, ſecundum Navar. in Man. Latin. cap. 21. n. 32.

(*f*) In Manual. cap. 21. n. 29.

(*g*) Ut probat text. in cap. *Cum ſint homines*, & in cap. *Ad Apoſtolicæ*, de *Decimis*.

(*h*) Ut probatur in cap. *Quæſti ſunt* 16. quæſt. 1. & in dict. cap. *Ad Apoſtolicæ*.

(*i*) Ut in cap. 2. de *Parochiis*, & in cap. *Cum quis*, §. 1. de *Sepulturis* in 6.

(*j*) Secundum Innocent. & Anton. in cap. 2. de *Decimis*.

(*k*) Secundum Henricum in cap. *Pervenit*, de *Decimis*.

(*l*) Secundum Bartol. in leg. *Quod conclave*, ff. de *Damn. infect.* n. 6.

(*m*) Argum. text. in leg. *Cum in diverſis*, ff. de *Religioſ. domi.* & in leg. *Quæritur*, ff. de *Stat. homin.* & Additionator Bart. in dict. leg. *Quod conclave*, & Corſetus de Poteſtate Regia, quæſt. 37.

(*n*) In dict. cap. *Ad Apoſtolicæ*, & Henric. in dict. cap. *Pervenit*, col. 1. Matth. de Afflict. in Conſtit. Neapolit. lib. 1. Rubr. de Decimis, n. 23. & Boerius in Conſuet. Bitur. §. 13.

(*o*) Ut colligitur ex cap *Non eſt*, cap. *Nuntios*, & cap. *Ex parte* II. cum aliis, de *Decimis*, & in cap. *Revertimini*, cap. *Decimæ* 16. quæſt. 1. & notant Hoſtienſ. in Summa, tit. de Decimis, §. De quibus, n. 5. DD. in dict. cap. *Non eſt*, & Henric. in dict. cap. *Pervenit*, col. 3. Marc. Mant. in conſ. 1. n. 31. Sanct. Thom. 2. 2. quæſt. 87. artic. 2. Sylveſtr. in Summa verb. *Decima*, quæſt. 16. Soto lib. 9. de Juſtit. & jur. quæſt. 4. art. 2. & Rebuff. in Tract. de Decimis, quæſt. 8. à n. 1.

(*p*) Juxta text. in cap. 3. cap. *Non eſt*, cap. *Ex parte* II. de *Decimis*.

(*q*) Ut in leg. *Adeo*, verſ. *Cum quis*, ff. de *Acquir. rer. domin.* & in cap. *Multi* 2. quæſt. 1. & tradunt Panorm. in dict. cap. *Pervenit*, n. 3. & Rebuff. in dict. quæſt. 8. n. 3.

(*r*) 2. 2. quæſt. 87. art. 2. & Anton. in dict. cap. *Ad Apoſtolicæ* in fin. & Felin. in cap. *Cauſam, quæ*, col. 1. de *Præſcript.*

(*ſ*) In cap. *Cum in tua*, de *Decimis*.

(*t*) In cap. *Ex multiplici*, col. 2. verſ. *Minutis*, de *Decimis*.

19. Similiter de fructibus arborum decima debetur: (*u*) 20. & intellige, quòd ex pluribus fructibus collectis in uno anno ex eodem prædio decima debetur. (*x*) 21. Inſuper decima debetur de proventibus molendinorum, ſive ſint in aqua, (*y*) ſive ſint ad ventum, (*z*) ſive ſint, quæ tractu hominum, aut beſtiarium moventur. (*a*)

22. Præterea decima debetur de furnis, ſecundum DD. (*b*) quas decimas perſonales eſſe, contra nonnullos DD. per quinque fundamenta contendit Abulenſis. (*c*) 23. Rurſus, decima debetur de piſcariis: (*d*) quod intelligi poteſt dupliciter, *uno modo*, ut ſi quis habeat flumina, & ſtagna, in quibus piſcatur, vel permittit piſcari, & inde percipiat aliquam penſionem; tunc ex illis proventibus decima debetur, & cenſetur prædialis: *ſecundo modo* intelligitur, quando quis piſcatur in flumine publico, vel privato ex conceſsione domini; tunc enim decima debetur ex lucro, & non ex proventibus, quia in piſcando non eſt aliquis redditus, ſed poteſt eſſe lucrum, & ita decima cenſetur perſonalis, ſecundum Abulenſem: (*e*) & juxta hanc reſolutionem eſt intelligenda gloſ. fin. in cap. *Licet*, de *Feriis*.

24. Pari modo, de paſcuis decima debetur, *id eſt*, de pretio, quo paſcua vendita ſunt: (*f*) 25. ſi tamen gratis paſcua concedantur, dominus gregis tenetur decimas ſolvere ex illa æſtimatione; (*g*) ſtandum tamen erit in hoc conſuetudini, ſecundum Rebuffum. (*h*) De fœno etiam decima debetur: (*i*) inſuper de lanis decima debetur, (*j*) 26. & de lacte, & caſeo, ut probat Abulenſis: (*k*) quinimo ex butyro, quòd fit ex lacte decima debetur; non tamen ex butyro, quod fit ex pinguedine animalium, quia non eſt fructus pecoris, ſed pars ſubſtantiæ ejus, & cum animal jam ſit decimatum, non debet iterum decimari. (*l*)

27. Item, ex fructibus animalium decima debetur: (*m*) 28. & adverte, quod in animalibus triplex eſt fructus, nempè, lac, & quòd ex lacte conficitur, fœtus, & lana, ſeu pillus: (*n*) 29. & quando decima horum fructuum ſolvi debeat, docet Gloſſa: (*o*) 30. qua in re advertendum eſt, quòd decima agnorum ſolvenda non eſt, ſtatim cum naſcuntur, ſed tunc demum, quando agnus eſt lactatus, & nutritus; ita quòd congruus ſit ad uſum, ſecundum Joan. Andream. (*p*) 31. Item decima debetur ex prædiis de novo ad culturam redactis: (*q*) 32. & quæ ſint novalia, probatur in cap. *Quid per novale*, de *Verb. ſignif.* (*r*) 33. Debetur denique decima ex omni negotio, artificio, & militia. (*ſ*) 34. In Hiſpania vero viget conſuetudo non ſolvendi decimas ex lucris opificum, & negotiatorum, ſecundum Sotum; (*t*) 35. quinimo Navarrus (*u*) teſtatur, conſuetudinem legitimè præſcriptam eſſe non ſolvendi decimas perſonales in toto Orbe Chriſtiano, exceptis ſalariorum famulorum, & famularum aliquarum regionum Hiſpaniæ.

36. Et intellige, quòd decima ex fructibus prædiorum ſolvi debet *integre*, non deductis expenſis operis, nec deducto ſemine, aut penſione, quæ domino prædii ſolvitur; ſed prius ſolvi debet ex integro acervo: (*x*) 37. aliter

enim

(*u*) Ut in cap. *Decimæ* in fin. 16. quæſt. 1. & in dict. cap. *Non eſt*, & in dict. cap. *Cum homines*, & tradit Bertandus in conſ. 247. vol. 3.

(*x*) Ut probatur in dict. cap. *Ex parte* II. & ibi notant Anchar. & DD. & gloſ. in cap. *Revertimini*, verb. *Annus* 16. quæſt. 1.

(*y*) Ut in cap. *Pervenit*, & in cap. *Paſtoralis*, de *Decimis*.

(*z*) Ut in cap. *Ex tranſmiſſa*.

(*a*) Secundum DD. in dict. cap. *Ex tranſmiſſa*, & probatur in leg. 2. tit. 20. Part. 1.

(*b*) In dict. cap. *Pervenit*, & in dict. cap. *Paſtoralis*, & in dict. leg. 2. tit. 20. Part. 1. & Rebuff. in dict. quæſt. 8. num. 28.

(*c*) 6. Tom. ſuper Matth. cap. 23. quæſt. 163. col. 2.

(*d*) Ut in dict. cap. *Pervenit*.

(*e*) Ubi ſupr. quæſt. 161. poſt Innocent. Joan. Andr. Henric. & Panorm. in dict. cap. *Non eſt*.

(*f*) Juxta text. in cap. *Commiſſum*, de *Decim.* & ibi Innoc. Joan. Andr. & Panorm. & tradit latè Abulen. ubi ſupr. quæſt. 155. col. 1. & probatur in leg. 2. tit. 20. Part. 1.

(*g*) Secundum Innocent. Panorm. & omnes in dict. cap. *Commiſſum*.

(*h*) In dict. quæſt. 8. n. 22.

(*i*) Ut in dict. cap. *Pervenit*.

(*j*) Ut in dict. cap. *Pervenit*, & in dict. leg. 2. tit. 20. Part. 1.

(*k*) Ubi ſupr. quæſt. 164. & probatur in dict. leg. 2. tit. 20. Part. 1.

(*l*) Secundum Abulen. ubi ſupr. quæſt. 166.

(*m*) Ut in dict. cap. *Non eſt*, & in dict. leg. 2. 9. & 10. tit. 20. Part. 1. & in Clem. 1. & ibi Cardin. quæſt. 15. de *Decim.*

(*n*) Ut in §. *In pecudum*, Inſtit. de *Rer. diviſ.*

(*o*) In dict. cap. *Revertimini*, verb. *Annus*. Panorm. in dict. cap. *Pervenit*, n. 3. & Rebuff. in Tract. de Decimis, quæſt. 12.

(*p*) In Addit. ad Speculatorem, tit. de Decim. & Oldrad. in conſ. 236. & Gregor. Lup. in leg. 9. verb. *Unmes*, tit. 20. Part. 1. & in leg. 10. eod. tit. & Part. in gloſſ. 1.

(*q*) Juxta text. in cap. *Commiſſum*, & in cap. *Ad audientiam*, de *Decimis*.

(*r*) Et notat gloſ. fin. in dict. cap. *Commiſſum*. Speculator in tit. de Probat. §. 1. verſ. Sed quid, ſi una pars: & latè Rebuff. in Tract. de Decimis, quæſt. 14.

(*ſ*) Ut probatur in cap. *Non eſt*, de *Decimis*, & in cap. *Decimæ* 16. quæſt. 1. & in leg. 3. tit. 20. Part. 1.

(*t*) Lib. 9. de Juſtit. & jur. quæſt. 4. art. 2. col. 3.

(*u*) In Manual. cap. 21. n. 31.

(*x*) Ut probatur in dict. cap. *Cum homines*, cap. *Ex parte* 2. cap. *Non eſt*, & cap. *Tua nobis*, de *Decimis*, & convenit lex 13. & 14. tit. 20. Part. 1. & firmant Matth. de

Af-

enim decimas ſolvens mortaliter peccat, ut notat Navarrus. (*y*) 38. At verò ex decima perſonali, quæ ex negotio, vel artificio ſolvitur, ubi deficit conſuetudo non ſolvendi eam, impenſæ deducendæ ſunt: (*z*) & quia ex omnibus ſupradictis decima debetur, dictum fuit in libello: *y teniendo, como tiene, muchas heredades de pan llevar, paſtos de yerva, rios, &c.*

39. Prætereà decimas *integrè* non ſolvens pluribus pœnis afficitur, (*a*) & res alienas dicitur invadere, (*b*) & per conſequens eas rapere, 40. cum idem ſit injuſtè detinere, & rapere: (*c*) 41. ac ideo infamis cenſetur, ſecundum Hoſtienſem, (*d*) diciturque eſſe conſtitutus in peccato mortali, (*e*) ob idque excommunicatur; (*f*) quinimo non ſolvens decimas, eſt in peccato mortali, antea quam ſibi petantur, quia non ſolvit, quando ſolvere debebat, ſecundum Ancharranum, (*g*) Silveſtrum, (*h*) & Navarrum; (*i*) tametſi Card. (*j*) & Baldus (*k*) teneant, non ſolventes decimas tempore debito non eſſe in peccato, donec ab eis petantur: & plures alias pœnas, & incommoda adverſus non ſolventes decimas congerit Rebuffus. (*l*)

42. Oblato prædicto libello actionis coram Judice, el Juez dice, *que lo hà por preſentado, y que ſe dè copia de èl à la otra parte*, quia copia libelli adverſario dari debet, ſecundum Angelum. (*m*) Y mas dice el Juez, *que ſe le notifique, que para la primera Audiencia reſponda*, quod procedit ex Gloſſà: (*n*) y dice mas el Juez, *que ſe notifique al reo, que nombre, y dexe Procurador con acceptacion de la cauſa, con quien ſe hagan los Autos; donde no, que le aſeñala ſu Auditorio, à donde le ſeràn notificados los Autos tocantes à eſta cauſa, los quales le pararán en tanto perjuicio, como ſi en perſona le fueſſen notificados: y aſsi lo provee, y manda, y lo firma de ſu nombre. Teſtigos Fulano, y Fulano.*

43. *Y à la ſiguiente Audiencia parece el actor, ò ſu Procurador: y acuſa la rebeldìa al reo, porque no reſponde à la demanda: y el Juez manda por otro termino*, que reſponda à la primera Audiencia, *à la qual el actor parece, ſi no ha reſpondido el reo, y le acuſa la rebeldia, porque no reſponde à la demanda: y el Juez manda por otro termino*, que reſponda à la primera Audiencia peremptoriamente; donde no, que procederà à hacer Juſticia, *à la qual parece el actor, y le acuſa la rebeldìa, diciendo*, que ha llevado tres terminos, y no ha reſpondido, ni reſponde, y pide ſe proceda *per unum ex remediis per nos traditis in 2. Part. hujus 2. Tom.*

In Tribunali tamen Epiſcopali Salmantino, & in Tribunali Scholaſtico, quando reus in dilationibus à Judice aſsignatis non reſpondet, nec litem conteſtatur, proceditur adverſus eum, vel ejus Procuratorem per cenſuras, donec reſpondeat, & litem conteſtetur: *y aſsi el actor, ò ſu Procurador, paſſado el tercer termino peremptorio, que el Juez diò al reo para reſponder, parece ante èl, acuſando la rebeldìa al reo, porque haviendo llevado tres terminos, no ha reſpondido, y pide*, ſe dè carta declaratoria, y las demàs gravadas, faſta que reſponda: *y el Juez manda dàr carta con coſtas contra el reo, ò ſu Procurador, en que le manda*, que para primera Audiencia parezca, à reſponder derechamente à la demanda, ſò pena de Excomunion mayor: *è por no haver reſpondido en los terminos, que le havian ſido dados, ſò la dicha pena de Excomunion mayor, le manda*, que pague las coſtas de aquel mandamiento, y ſu notificacion; *y paſſado el dicho termino, no haviendo reſpondido, ni cumplido el dicho ſu mandamiento, fechas, y repetidas las Canonicas moniciones, que el derecho manda, le deſcomulga en aquellos eſcriptos, y por ellos. Y ſi no reſponde en el dicho termino, dàſe carta declaratoria, y las demàs agravadas haſta el brazo ſeglar, ſi es lego, ò Clerigo perſona poderoſa: y ſi es Clerigo tal, que con ſu Familia, y Miniſtros lo puede prender el Juez Eclesiaſtico, lo prende: y ſi todavia perſeverare en ſu contumacia, y no quiſiere reſponder, entonces el actor elige uno de dos remedios, ò pedir que ſea metido en la poſſeſsion de los bienes del reo, ò que ſe proceda haſta la ſentencia difinitiva.*

44. Sed ſi reus in aliqua ex dilationibus à Judice aſsignatis ſtatim reſpondeat, vel poſtquam fuerit excommunicatus reſpondeat confitendo id, quod in libello actoris continetur, judicium finitur, cum pro condemnato habeatur, (*o*) niſi ſit aliqua cauſa, in qua periculum animarum verſetur, nec ſit ſtandum partium confeſsioni, ſed neceſſaria ſit alia indagatio veritatis, ut ſi agatur ad diſſolutionem matrimonii, vel ad quid ſimile. Cæterùm, ſi reus contenta in libello actoris negare velit, tunc advertere debebit, an aliqua exceptio dilatoria ſibi competat, quia ante litis conteſtationem tenetur eam opponere; ac ideo de exceptionibus dilatoriis opportune dicendum erit.

EX CAPITE SEXTO.

SUMMARIA.

1 *EXceptiones dilatoriæ in Foro Eccleſiaſtico proponi debent intra terminum à Judice aſsignatum.*

2 *Exceptio recuſationis prius opponi debet ab eo, qui plures exceptiones dilatorias habet, & ſuper ea eſt prius procedendum, proteſtando de aliis dilatoriis.*

3 *Exceptio declinatoria fori ante alias exceptiones dilatorias, præter recuſationis, eſt opponenda.*

4 *Suſpicionis cauſa allegenda, & exprimenda eſt de Jure Canonico in libello recuſationis, licet ſecus de Jure Civili, ſive Judex recuſatus ſit Ordinarius, ſive Delegatus.*

5 *Cauſæ, ob quas Judex Eccleſiaſticus recuſari poſsit, quot ſint, remiſsivè.*

6 *Recuſatio in Foro Canonico ante litis conteſtationem proponi debet, niſi cauſa ſuſpicionis de novo venerit ad notitiam recuſantis poſt litis conteſtationem: tunc enim, juramento præſtito, quod de novo ad notitiam pervenerit, admittitur.*

7 *Recuſatio admittitur etiam poſt concluſum in cauſa, quando cauſa recuſationis orta fuit poſt litis conteſtationem, præſertim, ſi cauſa ſuſpicionis erat notoria, & poſt concluſum in cauſa pervenerit in notitiam recuſantis.*

8 *Reſtitutio in integrum conceditur, adverſus probationem ordinariam cauſæ recuſationis non propoſitæ ante litis conteſtationem, ſed poſt concluſum in cauſa.*

9 *Reſtitutio in integrum non conceditur de Jure Regio adverſus Præſidem, vel Auditorem Regium, quando recuſatio eorum fuit propoſita poſt concluſionem in cauſa.*

10 *Recuſatio Judicis Eccleſiaſtici coram eodem eſt proponenda, non tamen probanda.*

11 *Delegatus Judex recuſatus poteſt compellere litigantes ad eligendos arbitros, coram quibus cauſa recuſationis probetur, & decidatur, & ſi fuerint diſcordes, quod tertium ſibi advocent.*

12 *Delegatus recuſatus poteſt procedere in cauſa principali, ſi arbitri, de cauſa recuſationis cognoſcentes, intra terminum ſibi præfixum eam non terminaverunt.*

13 *Arbitri, poſtquam intra terminum cauſam recuſationis terminaverint legitimam eſſe, non poterunt in negotio principali procedere.*

14 *Delegatus à Papa recuſatus, ſi arbitri cauſam recuſationis legitimam eſſe pronuntiaverint, debet negotium principale ad Superiorem remittere, nec poterit alteri committere terminandum, etiam de conſenſu recuſantis.*

15 *Judex Ordinarius Eccleſiaſticus recuſatus, poteſt de conſenſu recuſatoris negotium principale alteri committere, vel ad Superiorem remittere.*

16 *Si delegatus à Papa cum clauſula*, quod ſi non omnes, &c. *fuerit recuſatus, non eſt cauſa recuſationis ab arbitris, ſed à collega delegato terminanda.*

17 *Recuſationis cauſa contra delegatum à Delegato Papæ, non coram arbitris, ſed coram ipſo delegato à Papa, eſt tractanda.*

18 *Recuſationis cauſa contra delegatum ab Epiſcopo, vel ejus Vicarium Generalem propoſita, non coram arbitris, ſed coram ipſo Epiſcopo eſt examinanda.*

19 *In tribus caſibus non poteſt Judex recuſatus aſsignare terminum, ad decidendam cauſam recuſationis.*

20 *Arbitrorum electio à litigantibus fieri poteſt, ad decidendam cauſam recuſationis, niſi in tribus caſibus.*

21 *Arbitri electi ad decidendam cauſam recuſationis, aſsignant litigantibus terminum ad eam probandam, non etiam Judex recuſatus.*

22 *Intellectus cap.* Legitima, *de Appella-*

Afflict. in Conſtit. Neapol. lib. 1. Rubr. 7. n. 19. & Corſetus in ſing. 167. verb. *Integrè*, & Tiraq. de Utroque retract. lib. 1. §. 15. gloſ. 1.

(*y*) In Manual. cap. 21. n. 31.

(*z*) Juxta text. in cap. *Paſtoralis*, de *Decimis*, & notat gloſſ. in dict. cap. *Non eſt*, & probatur in leg. 15. tit. 20. Part. 1. & firmat Abulenſis, ubi ſupr. quæſt. 205. & cum pluribus aliis reſolvit Didac. Perez in leg. 1. tit. 5. lib. 1. Ordin. col. 207. in fin.

(*a*) Ut colligitur ex dict. cap. *Revertimini*, dict. cap. *Decimæ*, cap. *Decimas* 1. 16. quæſt. 7.

(*b*) Juxta text. in dict. cap. *Decimæ*, & in Concilio Trident. Seſſ. 25. de Reform. cap. 12.

(*c*) Juxta text. in cap. *Sæpè*, de *Reſtit. Spol.* & notat gloſ. in dict. cap. *Decimæ*.

(*d*) In Summa, de *Decim.* §. Et quare.

(*e*) Ut notat gloſ. in dict. cap. *Cum homines*, verb. *Fructibus collectis*.

(*f*) Ut in dict. cap. *Pervenit*, cap. *Nuntios*, cap. *Ex parte* II. & cap. *Non eſt*, de *Decim.* & in dict. cap. 12. Conc. Trid.

(*g*) Et Panorm. n. 3. in dict. cap. *Pervenit*, & in dict. cap. *Cum homines*.

(*h*) In Summa, verb. *Decima*, quæſt. 3.

(*i*) In Manual. Hiſpano, cap. 21. n. 32. & in Latin. eod. cap. 21. n. 31. verſ. Tertio.

(*j*) In dict. cap. *Pervenit*, & in dict. cap. *Non eſt*, & Archid. in cap. 1. de *Decimis* in 6. Felin. in cap. *Si autem*, n. 5. de *Reſcript.*

(*k*) In Tract. de Præſcript. 1. part. 5. part. quæſt. 7. num. 12.

(*l*) In Tract. de Decimis, quæſt. ultim.

(*m*) In leg. 1. §. *Edere*, ff. de *Edendo*, per text. in Auth. *Offeratur*, Cod. de *Litis conteſt.* & probatur in leg. 4. tit. 2. Part. 3.

(*n*) In leg. de *Pupillo*, §. *Meminiſſe*, verb. *Eum*, ff. de *Operis nov. nunciat.* & ibi Alex. & Jaſſ. & ex gloſ. fin. in cap. *Ex parte* 1. de *Verb. ſignific.* & ibi Panorm.

(*o*) Ut in leg. 1. ff. & Cod. de *Confeſ.*